

## **POEMA V**

Cayo Valerio Catulo (87 a C. – 57 a C.)

Viuamus, mea Lesbia, atque amemus, rumoresque senum seueriorum omnes unius aestimemus assis.
Soles occidere et redire possunt: nobis, cum semel occidit breuis lux, nox est perpetua una dormienda.
Da mi basia mille, deinde centum, dein mille altera, dein secunda centum, deinde usque altera mille, deinde centum.
Dein, cum milia multa fecerimus, conturbabimus illa, ne sciamus, aut nequis malus inuidere possit, cum tantum sciat esse basiorum.

Vivamos, Lesbia mía, y amémonos, sin importarnos la crítica de los viejos.
El sol se pone cada tarde y sale al día siguiente, pero nosotros, cuando se nos apague la vela, Dormiremos una noche sin fin.
Dame mil besos y después dame cien más y después otros mil más y después otros cien más y después otros mil más y después otros cien más y muchos miles más hasta que enredemos la suma y ya no sepamos cuantos besos nos damos ni los envidiosos lo sepan.

(Traducción de Ernesto Cardenal)